Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



263 311

de rulo vnde emiant uiam Bonus homo de
bono thesauro cordis sui profert bonum: et ma
lus homo de malo thesauro profert malum
Ex habundancia enim cordis os loquitur Quid
autem uocatis me dne: et non facitis que
dico Omnis qui ueniet ad me: et audit ser
mones meos et facit eos: ondam uobis cui
similis sit Similis est homini edificanti
domum qui fodit in altum: et posuit fundamentum
supra petram Inundacione autem
facta: illisum est flumen domui illi: et non
potuit eam mouere fundata enim erat super
petram Jeronimi pbri et cfess Os iusti ora
Oremus qui nos annua beati Jeronimi cfes
soris tui festiuitate letificas: da nobis
eius interuenientibus meritis et ppetua
protectione munari et salutari gaudere pfec
Optam et datus est Ro lib Sapie tuy
michi sensus: et inuocaui: et uenit
in me spus sapie Et posui illam regnis et
sedibus et diuicias michi esse duxi in com
paracione illius nec comparauiilli omnem
lapidem pretiosum: qm aurum omne in compa
racione illius arena exigua est: et tamquam
lutum estimabitur argentum in aspectu il
lius Super salutem et speciem dilexi illam: et
posui pro luce illam habere: qm inextinguibile
est lumen eius Venerunt autem michi
omnia bona pariter cum illa: et innumera
bilis honestas p manus illius et letatus
sum in omnibus: qm antecedebat me ista